Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tuere domicilia coeli, & singulorum initia indagare. Sed quia modus ille est difficilior & laboriosior, docebimus nunc & tabulis ab Astronomis ad certas Poli elevationes computatis, & Ephemeridib. prefixis coeli figuras erigere. Sed priusq; ad rem ipsam pueniamus, domicilia coeli ab Astrologis distincta, & illoq; uariae ac diuersae appellationes diligenter cognoscantur, qb. schemata quoq; ab aliis aliter depicta addantur.

Primum uero & usitatiss. schema hoc modo describitur.



Hoc in schemate lineae distinctae numeris uocantur Cuspides & initia domiciliorum coeli. Spatia uero sequentia & int' duas lineas primas intercepta, domus seu turres appellantur. Linea ergo unitate notata erit initium suae Cuspis prima domus, eq spatium protenditur usq; ad lineam binario numero signatam cuspide 2. secundae domus. reliqua uero domicilia sequuntur ordine prout initia numeris sunt distincta. Et quia uariae sunt domiciliorum appellationes, necesse est eas ppter Autorum lectionem diligenter obseruare.